



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi maculam timoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

*Timor pe-
narum quā
st nocuus.*

gus, calor, aliaq; incommoda: atq;
sic dum anima nimio plus compa-
titur corpori, natura sua ad bonum
tardo, & ad malum procliu, ab iti-
nere suo, non sine maximo suo de-
trimento retardatur. Verū ne longa
oratione circa huius vitij damna
explicanda lectori molestiam exhibe-
amus: cū ex his quæ iam dicta
sunt, satis pateat quā nocuum sit
hic tantū modum quo vitio huic
medela adhibenda, subiiciemus.

Modus eluendi maculam timorū.

*Timor De-
monum vt
tollatur.*

PRIMVS modus, timorem De-
monum & Spectrorū apparentium
superandi est: vt Spectris siue Spiri-
tibus apparētibus, immobilis per-
maneas, nec locū per turpem fugā
relinquas, sed tibi per inuocatio-
nem nominis IESV, Crucis forma-
tionem auxiliijq; S. Angeli custodis
implorationem animum addas: te-
cumq; cogites, Dæmonem amplius
quā Deus permittat, nocere non
posse.

*Timor mo-
lestiarum*

SECUNDVS modus, timorem
incommodorum corporaliū pro-
figandi

fligandi est: vt ea quæ maximè me- *corporalium*
 tuis, amplectaris & in opus confe- *vt vincatur.*
 ras: vt exempli causa: si horres ieiu-
 nia, tu per inedia[m] corpus macera:
 si times cilicia, in eorū vsu teneram
 carnē afflige: si horres disciplinas,
 tu crebris flagellorū ictibus te con-
 cide: si metuis confusiones, & humi-
 liationes, tu eas quære, & præsentis
 animo gaudenti ac placido suscipe,
 salutaremque tibi violentiam facio:
 similiter de alijs.

TERTIVS est: Cõsiderare sem-
 piterna inferni tormenta, quæ cor-
 poralibus his molestijs & afflictio-
 nibus longè grauiora & acerbio-
 ra sunt, vtpote quæ præter crucia-
 tum immanitatem, coniunctam
 habent æternitatem.

De Multiloquio, Macula XXIII.

CAPVT XXIIII.

SI quis verbo non offendit hic perfectus *Iacob. 3.*
 est vir. Clauēs perfectionis sunt, *Solitudinis*
 silentium, solitudo & oratio. *Ducam bona.*
 eam, inquit Propheta, in solitudinem, *Osee 2.*
 & loquar ad cor eius. Et Psalmista. *Vir Psalm. 139.*
 linguosus non dirigetur in terra.

G 3

Fieri